

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Hoc autem præcípío: non laudans quod non in mélius, sed in

detérius convenítis. Primum quidem conveniéntibus vobis in

Ecclésiám, áudio scissúras esse inter vos, et ex parte credo.

Nam opórtet et hæreses esse, ut et qui probáti sunt, manifésti

fiant in vobis. Conveniéntibus ergo vobis in unum, jam non est

Domínica cenam manducáre. Unusquísque enim suam cenam

præsúmit ad manducándum. Et álius quidem ésurit, álius autem

ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et

bibéndum? aut Ecclésiám Dei contémnitis, et confúnditis eos, qui

non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.